

anderswo zeigt sich Verwandtschaft mit Vincenz, wenn auch in der Weise, dass die Uebereinstimmung mitunter weniger wörtlich ist, die Erzählung der Gesta ausführlicher, breiter, hie und da auch inhaltsreicher, so dass dem Autor jedenfalls weitere Nachrichten zu gebote gestanden haben müssen.

Ich vergleiche:

Gesta.

in festo sancti Johannis baptiste ipse Ludovicus rex cum episcoporum, baronum et servientium ac militum infinito exercitu Turonis urbem adiit, et inde Mosteriolum castrum tendens, treugam usque ad annum cum Hamerico vicecomite Toarcii reformavit. Quo facto, in vigilia beati Martini estivalis Niordum castrum obsidet. Ibiq̃ue machinis applicatis Savaricum de Maloleone et alios qui munitionem illam defendebant in tantum lapidibus fulminavit, quod illi se dedentes castrum illud nobile tradiderunt. Sed salvis omnibus exeuntes, ne contra regem Francie usque ad sequens festum omnium sanctorum in aliquam munitionem nisi apud Rochellam se opponerent regi, super sanctum euangelium juraverunt. Sic rex Ludovicus capiens et postea muniens Niordum castrum, Sanctum Johannem de Angeliaco festinus adiit. Sed oppidani timentes sibi, sua seque regi dedentes, eum honorifice susceperunt. Rex vero ita prosperis clarus successibus, Idus Augusti Rochellam obsidet, et machinis ad muros applicatis, Savaricum de Maloleone et alios fere trecentos milites ac servientes innumeros, qui intus aderant, graviter impugnat et ab eis multociens impugnatur.

Vinc. c. 127.

Anno Domini 1224. rex Ludovicus movet exercitum post coronationem suam contra Pictavenses, Turonis in crastino beati Johannis baptiste congregat suos. Inde procedens cum mille et ducentis militibus et pluribus aliis aptis ad pugandum,

obsidet Niorzium castrum fortissimum. Savaricus de Maloleone, qui intus erat, videns fortitudinem regis, facit pactum cum rege, ut liceat sibi recedere cum suis. Deinde castrum regi redditur.

Rex inde progreditur ad Sanctum Johannem Angeliacum. Abbas et burgenses ipsius loci obviant regi pacifice, villam ei reddunt, fidelitatem prout petitur exhibentes.

Rex inde tendens ad Rupellam, obsidet eam; machine eriguntur, per 9 dies muros destruunt incessanter. Savaricus de Maloleone cum 200 militibus, burgenses ville et quam plurimi servientes viriliter se defendunt.

Dass Vincenz hier die ausführlichere Erzählung der Gesta